

*Pœnitementi et credite evangelio.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Marcum 1, 14-20

- <sup>14</sup> **P**ostquam tráditus est Ioánnes,  
venit Iesus in Galiléam prædicans evangélium Dei  
<sup>15</sup> et dicens:  
«Implétum est tempus,  
et appropinquávit regnum Dei;  
pœnitémenti et crédite evangélio».
- <sup>16</sup> Et prætériens secus mare Galiléæ  
vidit Simónem et Andréam fratrem Simónis  
mitténtes in mare;  
erant enim piscatóres.
- <sup>17</sup> Et dixit eis Iesus:  
«Veníte post me,  
et fáciam vos fieri piscatóres hóminum».
- <sup>18</sup> Et prótinus relíctis rétibus,  
secúti sunt eum.
- <sup>19</sup> Et progréssus pusíllum  
vidit Iacóbum Zebedæi  
et Ioánnem fratrem eius,  
et ipsos in navi componéntes rétia,  
<sup>20</sup> et statim vocávit illos.  
Et, relícto patre suo Zebedæo in navi cum mercenáriis,  
abiérunt post eum.

Verbum Dómini.